Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Pontani De Immanitate

Pontano, Giovanni Gioviano

[S.l.], 1519

Gerardvs noviomagvs insigni Nicolao bvscidv

urn:nbn:de:bsz:31-270824

Visual Library

GERARDVS

NOVIOMAGVS INSIGNI NICO/ LAO BVSCIDV/ ceñ S, P.

COllegi ante aliquot annos adiutore Cõ
rado Veccrio Lucẽburgeñ Caroli Maxi
mi Cęſaris a ſecretis, nõnullaſq̃ ad Batha
uorum iſulę deſcriptionẽ ptinere videbãt
quę nunc ſub tui nominis auſpicio in
publicũ emiſi. Adnotaſſem tamen his
multa ex primę authoritatis ſcriptorib9
q̃ ad illuſtrãdã Bathauorum, imo Germa
norũ nrõrũ gloriã ptinẽt, ſed aulicę hę
turbę mihi ſtudijſq; meis longe mole-
ſtiſſimę, inter quas inuitus verſor, non ſi
nunt me me tãtum patrię id eſt Germa
nię noſtrę clariſſime tribuere. Clariſſi-
mę inq̃, tanta enim fuit ſemper Germanorũ noſtrorum non modo liber-
tas, verũ etiã in bellicis domeſticiſq; rebus virtus, vt glorioſi iactab undiq;
Itali res geſtas parẽtũ noſtrorũ cogente inuidia ſuppreſſerint. Quã q̃ non
paucis in locis, vel nolentes noſtrorum virtutes prodant, Id quod ex Cęſa
ris Dictatoris cõmentarijs de Ariouiſto, ex Tacito item de Ariminio prin
cipe fortiſſimo facile oculatus lector perſpicit. Tantaq; fuit ſingulorũ Ger
manorũ virtus & fortitudo, vt difficile fuerit diſcernere, quis inter eos mili-
tis, quis imperatoris nomine dignus eſſet. Et (vt quod verum eſt addam),
Maxima omniũ ſęculorũ inuenta Germanorũ ſunt boarda .v. Typogra-
phia, pixis chartaq; nautica. Et ſi ad literas (vt ſtrennue faciũt iam pleriq;)
acerrima liberrimaq; ingenia contulerint, Italiã atq; Gręciã breui infra ſe
videbunt, nam qualis ſit in ſacris humaniſq; literis. D. Eraſmus Roteroda
mus Bathauorum Germanorumq; immortale decus, totus nouit orbis.
Quantũq; multi alij bonarũ literarum profeſſores eruditione eloquẽtiaq;
pręſtent, ipſi Romaneñ patrię noſtrę prędones per indulgẽtias quas vocãt
quotidie experiuntur. Sed (vt ad libellũ meũ redeã) doctiſſime Nicolae ab
amuſis iſtis latratoribus defendus abs te venit tibi nominatim dedicatus.
Bene Vale. Salutabis meis verbis cõmunes amicos doctiſſimos viros
Petrum Aegidium & Corneliũ Grapheum Doreſtati, Anno M D.XX.